



Rationalis potentiae significator est ♃ in fixo, scilicet m, Dispositor eius est ♄ quoque in fixo, scilicet ♄. Et quia sunt in fixis scilicet ut pro parte rationali, significat hominem iustum, non fallacem, nec leuem sed stabilem &c. sicut promittunt signa fixa. Quia etiam ♄ gubernator uirtutis rationalis, est in bono statu in Zodiaco, nam in signo sibi conuenienti est, & habet se bene ad Solem, cum sit orientalis, directus, quamuis in figura sit in mala domo, quod potius debilitatem quam maliciam significat. Unde malum ponuntur potius cadentes ab angulis, ad debilitandum eorum maliciam, quam in angulis. Quare illud de bono quod ♄ potest facere, in parte rationali est, quod natus erit audax, potens, fortissimus, iracundus, appetens arma, &c.

Naturalis ☾ In fixo scilicet ♃ Dispositor eius ♃ in mobili scilicet ♃. Ibi non est tanta firmitas: quia quamuis Luna sit in fixo, Dispositor tamen eius ♃ est in mobili. Etiam Luna non habet participationem cum ♃ nisi per accidens, quod ☾ sit in ♄ ☾ dispositore Mercurij. Significat igitur quod naturalis uirtus, non omnino obediens rationali, nec est contra nisi per accidens. Saturnus enim gubernator partis naturalis, quia male se habet in figura, cum sit in octaua domo, & in casu ab exaltatione, dat mores malos iuxta sui naturam, qui per appetitum naturalem exiguntur sunt mores turpes, erit igitur uilis, pusillanimus, ignarus, &c. Quod si ita bene gubernaret rationalem sicut naturalem, tunc secundum Ptolemaeum, reputaretur ualde malus, ueruntamen quia non est ita, quare etiam bonitas uel malicia morum plus recipitur in parte rationali. Quia etiam Luna participat fortissime cum ♄ in figura, cum sit in eius ♄, debilitatur uero cum ♃ cum distet ab eius ♃ fere 11. gradus. Praedicti mores Martij in quibus magis secundum doctrinam, consuetudinem & alia particularia imbutus est, inter mores aliorum Planetarum potissime ipsi remanebunt.

Aliorum sententiae & aphorismi.

Decimam